

Universitätsbibliothek Wuppertal

Tabvlæ Geographicae Cl. Ptolem[a]ei

Mercator, Gerhard

Coloniae Agrippinae, 1578

Europæ tabula. IX.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-441](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-441)

EVROPAE TABVLA IX.

Continet Iazyges Metanastas, Daciam, Mysiam superiorem, Mysiam inferiorem, & Thraciam.

Civitatum insigniorum observationes caelestes sunt haec.

IAZYGVM.

Max. diei hora Dist. hor. à merid. Alen.

Max. diei hora. Dist. hor. à merid. Alen.

Gormanum Iazygum 16 $1\frac{1}{2}$ versus occas.

DACIAE.

Salinae $15\frac{1}{2}$ $0\frac{1}{2}$ in occ.
Zarmisegethusa regia $15\frac{1}{2}$ 1 ferè in occas.

MYSIAE SUPERIORIS.

Retiaria $15\frac{1}{2}$ $2\frac{1}{4}$ in occas.
Scupi $15\frac{1}{2}$ $0\frac{1}{2}$ in occas.

MYSIAE INFERIORIS.

Odessus $15\frac{1}{2}$ $0\frac{1}{2}$ in occ.
Oescus $15\frac{1}{2}$ $0\frac{1}{2}$ in occ.

THRACIAE.

Aenus 15 $0\frac{1}{2}$ in occ.
Apollonia $15\frac{1}{2}$ $0\frac{1}{2}$ in occasum.
Byzantium $15\frac{1}{2}$ $0\frac{1}{2}$ ferè in occ.
Perinthus $15\frac{1}{2}$ $0\frac{1}{2}$ in occasum.
Nicopolis $15\frac{1}{2}$ $0\frac{1}{2}$ in occas.
Lysimachia 15 $0\frac{1}{2}$ in occ.
Proconesus $15\frac{1}{2}$ $0\frac{1}{2}$ ferè in occas.

CHERSONESI.

Elaeus $15\frac{1}{2}$ $0\frac{1}{2}$ in occ.
Sestos 15 $0\frac{1}{2}$ in occ.

ANNOTATIONES.

In Iazyges.



TIBISCI Diuertigium omnes collocant in $46.44\frac{1}{2}$. sed situs Danubij Taururi et Tibisci requirunt $45.44\frac{1}{2}$.

In Daciam.

TYRAE fluij flexio in Sarmatia, in Dacia, & rursum in Mysia inferioris descriptione semper notatur ab exemplaribus in $53.48\frac{1}{2}$. At verus fluij situs omnino videtur lon. 54 . postulare, quemadmodum posui.

Conuersio Danubij in austrum numeris $47\frac{1}{2}$ $44\frac{1}{2}$ in exemplaribus expressa veritati non conuenit, quum enim Viminatum & Tanatis Mysia superioris ciuitates ad Danubium sitae sint, non in eam lon. multoq; minus lat. ea flexura trahi potest, sed existimo fractiones commutatas esse, & pro 47 . restituendum 46 . legendumq; $46\frac{1}{2}$ $44\frac{1}{2}$. vt conuersio ea inter Viminatum & Tanatim incidat.

Ra bonis & Danubij confluxus cum Retiaria Mysorum apud Ptol. coincidit, ideo peculiarem orbiculum non habet.

Pratoria augusta omnibus est in lat. 47 . sed quia tanquam per climatam quadam, Daciae oppida describit, & huius latitudinis ordine completo ad Marcodauam gradusq; 47 . loca progreditur, opinor hic fractionem aliquam omissam esse, posui ergo in $47\frac{1}{2}$.

Eadem ratione Vridauam non in lat. $47\frac{1}{2}$ sed $47\frac{1}{3}$ posui.

Ziridaua in $49\frac{1}{2}$ $46\frac{1}{2}$, & Singidaua in $48.46\frac{1}{2}$ contra Ptol. ordinem constituuntur, existimo numeros permutatos, & Ziridauam reponi debere in $48.46\frac{1}{2}$, Singidauam autem non in 49 , sed in $48\frac{1}{2}$ non 45 sed $46\frac{1}{2}$ (quemadmodum & Cusae Rom. huius latitud. constituunt) restituendam esse.

Tiriscum ab omnibus in lat. $45\frac{1}{4}$ constituitur, sed propter sequentem Zarmisegethusam requirit ordo $45\frac{1}{2}$.

Netindaua similiter propter sequens Tiasum in lat. non $45\frac{1}{2}$, sed $45\frac{1}{4}$ ponenda est.

In Tibisco & Zeugma latitudines commutatae videntur, et lon. Tibisci non potest esse $46\frac{1}{2}$, posui ergo Tibiscum in $45\frac{1}{2}$ $44\frac{1}{2}$ & Zeugmam in $47\frac{1}{2}$ $44\frac{1}{2}$.

Phrateria propter sequentem Arcinam lon. non habet $49\frac{1}{2}$, sed $48\frac{1}{2}$.

Pinum & Amutrium permutatas habent lon. restituendum Pinum in 50 . Amutrium vero in $50\frac{1}{2}$.

In Mysiam superiorem.

MOSCHIVS flu. à Danubio deflectit iuxta Tricornium vt inquit Ptol.

In Mysiam inferiorem.

TOMI omnibus est in lat. $45\frac{1}{2}$, sed veritas $45\frac{1}{4}$ postulat, aequali enim distantia eam ponit Arrianus in Peroplo, inter Istiopolim & Callatiam.

Regianum in lat. $43\frac{1}{2}$ constituitur, at Danubij cursus $43\frac{1}{2}$ requirit.

Arpis ciuitas in lon. 56 . non recte in exempl. constituitur, tantus enim inter Hermonactum & Tiagolam. Istriostium sinus esse nequit, posui ergo $56\frac{1}{2}$.

I In





Medius meridianus .57.
 reliqui ad hunc inclinan:
 tur pro ratione .43. 47.
 parallelorum.



Medius meridians. 57.
 reliqui ad hunc inclinantur
 pro ratione. 43. 47.
 parallelorum.

In Thraciam.

MACRONTICHOS oēs in lon. $54\frac{1}{2}$ constituūt. solus Rom. in $54\frac{1}{2}$. at situi vero litoris respondēt $54\frac{1}{2}$.
 Carpedunum Cus. & Rom. in lat. $43\frac{1}{2}$ ponunt Vih. in $43\frac{1}{2}$. verum haud dubiē supra Rhodopen montem in
 $43\frac{1}{2}$ situm est.

Tertiam in alio ordine sub Rhodope monte post Sardicam non lat. $43\frac{1}{2}$. sed sine dubio $42\frac{1}{2}$. habet, quam-
 uis exemplaria in altero illo consentiant.

Philippopolim exemplaria omnia etiam Trimontium & Hadrianopolim vocatā notant, sed est hic manifestus error, duas
 enim constat esse vrbes Philippopolim & Hadrianopolim. Verisimile est à Ptol. post Philippopolim positā subiūxisse Hadria-
 nopolim cum suis numeris, quibus exoletis nomen hoc priori tanquam synonymum adiunctum fuisse. Itaque Hadrianopolim
 addidi in $53\frac{1}{2}$. $42\frac{1}{2}$. conuenienti loco, vbi & iuxta Antoninum 21 mil. pass. proxime à Plotinopoli distet.

Traianopolim ponunt in lat. $42\frac{1}{2}$. at Nou. in $41\frac{1}{2}$. neutra positio quadrat situi, sed opinor à Nou. recte positam, à cæ-
 teris $42\frac{1}{2}$. & verisimiliter colligo $42\frac{1}{2}$.

Dynam constat collatione Antonini orientaliorem esse Traianopoli, quare illi lon. nō $52\frac{1}{2}$. sed $51\frac{1}{2}$ dedit, hic enim respe-
 ctu circumstantium conueniens est illi situs.

Cypsela in lon. $53\frac{1}{2}$ recensetur, at ratione Aphrodisiae competit illi $53\frac{1}{2}$. & lat. non $41\frac{1}{2}$. sed $41\frac{1}{2}$. quae lat. etiam He-
 racleae propinque congruit magis quam $41\frac{1}{2}$.

Mastusia prom. Chersonesi Thraciae non in lon. $54\frac{1}{2}$ sed $53\frac{1}{2}$ constituendum est, sic enim rectius Melanum sinum efficit,
 nec nimium Eleo incumbit, cui in ortum proxime sequens promontorium adherere notat Ptol. hoc ipso Mastusiam prom. lon-
 gius ab Eleo distare innuens.

Madi in lat. $41\frac{1}{2}$ locant, sed proculdubio $41\frac{1}{2}$ reponenda est.

